Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sentientiae - Cod. Aug. perg. 78

Petrus <Lombardus>

[S.l.], [13./14. Jahrh.]

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-67480

Visual Library

antequam esset creatura. Quod deus cum sit
in omnibus rebus essentialiter, non tamen commaculatur
sordibus rerum. Quod deus sit ubique et sem
per, non tamen localis nec loco nec tempore movetur.
Quibus modis aliquid dicatur locale vel esse
circumscriptibile. Quid sit mutari secundum tempus. Omnis.
Utrum spiritus creati sint locales et circumscriptibiles.
38 Quod deus est ubique sine locali motu. An scientia vel
prescientia dei sit causa rerum vel e converso. Utrum pre
39 scientia dei possit falli. Utrum scientia dei pos
sit augeri vel minui vel aliquo modo mutari. An
deus possit noviter vel ex tempore scire vel presci
re aliquid. Utrum deus possit scire plura quam
scit. Quod deus et semper et simul scit omnia.
40 An aliquis predestinatus possit damnari
vel reprobus salvari. Quid sit reprobatio dei et in
quibus consideretur. Et quis sit predestinationis ef
41 fectus. Utrum aliquod sit meritum obdurationis
vel misericordie. De variis super hoc carnalium desideriis.
An ea que semel scit deus vel prescit semper sciat
42 et presciat et semper scierit et prescierit. De om
nipotentia dei, quare dicatur omnipotens, cum nos
multa possimus que ipse non potest. Quomodo di
catur deus omnia posse. Quod omnipotentia
dei secundum duo consideratur. In vectio contra illos
43 qui dicunt deum nil posse nisi quod vult et facit. An
44 deus possit facere aliquid melius quam facit vel aliquid
melius modo. Utrum deus semper possit omne quod potuit.
45 De voluntate dei que essentia est dei, et de sig
nis eius. Quod licet idem sit deo velle quod esse,
non tamen potest dici deus omnia esse que vult. De intelligentia
harum locutionum: deus scit vel deus vult. Deus scit
omnia vel vult aliqua. Quod dei voluntas summe bo
na causa est quorum omnino que sunt. Cuius causa non est querenda
que prima et summa causa est omnium. Quibus modis acci
piatur dei voluntas. Quod preceptio, prohibitio, per
missio, consilium, operatio nomine voluntatis intelli
guntur. Item. Utrum deus velit ab omnibus fieri ea
que precepit vel non fieri que prohibet. Quod voluntas dei que ipse
46 est in nullo cassari potest. Quomodo intelligendum sit illud:
volui congregare filios tuos et cetera et illud quod vult omnes
homines salvos fieri. Utrum mala deo volente vel nolente
fiant. Quomodo intelligendum sit illud Augustini: mala fieri bo
num est. De multiplici acceptione boni. Quod mala u
niversitati valent. Quod non est bonum malum esse. Quomodo per hoc dei
opera. Quomodo voluntas dei de homine impleatur quocumque se vertat.
47 Et quo sensu quidam dicuntur fieri contra dei
voluntatem. Quare precepit deus omnia bona facere
et mala vitare, et si non ad id ab omnibus vult
impleri. Quod homo aliquando bona voluntate
aliud vult quam deus, et mala idem quod
deus. Quod mala voluntas per malas homi
num voluntates impleatur. Utrum placuerit
viris sanctis quod Christus pateretur et moreretur. Utrum
passiones sanctorum debeamus velle.

VETERIS

Veteris ac nove
legis continen
tiam diligenti
indagine etiam
atque etiam consi
derantibus nobis
prevenia dei gratia in
notuit sacre pa
gine tractatum circa res
vel signa precipue versari. Ut enim egregius do
ctor Augustinus ait in libro de doctrina christiana: Omnis
doctrina vel rerum est vel signorum, sed res etiam per signa
discuntur. Proprie autem res hic appellantur
que non ad significandum aliquid adhiben
tur. Signa vero quorum usus est in significando.
Horum autem aliqua sunt quorum usus est in signi
ficando non in iustificando, id est quibus non utimur
nisi aliquid significandi gratia ut aliqua sacramenta
legalia. Alia que non solum significant sed conferunt
quod intus adiuvet, sicut evangelica sacramenta. Ex quo
aperte intelligitur que hic appellantur signa:
res ille videlicet que ad significandum
aliquid adhibentur. Omne igitur signum etiam res
aliqua est. Quod enim nulla res est, ut in eodem Augustinus
ait, omnino nichil est. Non autem e converso omnis
res signum est, quia non adhibetur ad significan
dum aliquid. Cumque his intendit theologo
rum speculatio studiosa atque modesta divinam
scripturam formam prescriptam in doctrina tenere
advertit. De his ergo nobis aditum ad res divi
nas aliquatenus intelligendas deo duce aperi
re volentibus disserendum est, et primo de rebus, postea de si
gnis disseremus. De rebus communiter agit.
Id igitur in rebus considerandum est, ut in eodem Augustinus
ait. Quod res alie sunt quibus fruendum est,
alie quibus utendum est, alie que fruuntur et
utuntur. Ille quibus fruendum est nos fa
ciunt beatos. Istis quibus utendum est tendentes
ad beatitudinem adiuvamur et quasi ad